

**A**NT. Quapropter & quoniam est & magis & minus calidum & frigidum, quandoquidem fuerit simpliciter alterum actu, potest alterum erit: Quando autem non omnino, sed vt quidem ens calidum frigidum, vt autem frigidum calidum, quia quæ miscuntur corrumpunt intentiones adinuicem, tunc neque materia erit, neque illorum contrariorum alterutrum actu simpliciter, sed medium. Secundum id vero quod est potentia magis calidum, quæ frigidum, vel contrarie alterutrum: sicut hanc rationem & ratione dupliciter calidum potentia quæ frigidum, vel tripliciter, vel sicut alium talem modum. Erunt vtique mista alia ex contrarijs, aut ex elementis. Et alia elementa ex illis potentia aliquo modo existentibus, non ita vero vt materia, sed secundum prædictum modum. Et erit ita quidem mistio, illo vero modo materia secundum quod generatur.

Determinat veritatem: & circa hoc duo facit. Primo ostendit modum generationis in vniuersali, secundo magis in speciali contrahendo ipsum ad misionem elementorum in constitutione compositi, ibi: Quoniam autem patiuntur. Primo ergo relicta prima opinione tanquam falsa & impossibili, & supposita prima, ponit verum modum generationis corporum mistorum. Ad cuius euidentiam præmitit duo, quorum primum est, quod differentia elementorum sunt contrariae, scilicet calidum, & frigidum, & humidum: & suscipiunt magis & minus. Secundum est, quod, quando alterum elementum fuerit simpliciter actu, & alterum simpliciter in potentia fuerit, tunc non potest esse mistio, quando vero vnum non est omnino actu, nec per excessum prædominatur alteri elemento, tunc generabitur quoddam medium, quod nec est simpliciter calidum, nec simpliciter frigidum, sed quodammodo naturam participat vtriusque. Et hoc ideo, quia, quando elementa miscuntur, intentiones siue formæ corrumpuntur, & remanent in virtute: & tunc illud medium generatum non est sic in potentia, sicut materia, nec simpliciter alterum elementorum, sed medium inter ea, quod quidem medium diuersificatur, sicut quod diuersificatur virtutes miscibilium. si enim potentia ignis excedat virtutem aquæ, medium generatum est magis calidum quam frigidum. et sic sicut proportionem virtutis vnius elementi ad virtutem alterius: vt sit in duplo, si in triplo excedit caliditas frigiditatem, & medium dupliciter est calidius, & tripliciter. Secundum ergo hunc modum erunt mista ex contrarijs elementis et per compositionem vel misionem: & elementa erunt ex illis mistis per resolutionem. Ipsa enim mista sunt potentia quatuor elementa, non quidem sicut materia, sed sicut dictum est. Deinde cum dicit.

Preterea, et ipsa contraria pati solent, quemadmodum ante præfinitum est. etenim actu calidum, potentia frigidum est, & actu frigidum, potentia calidum. Quare nisi ad æqualitatem redacta sint, in se mutuo transmutantur, simili modo, et in ceteris contrarijs. Atque primo quidem elementa ipsa ita transmutantur, deinde ex his sic carnes et ossa et eiusmodi sunt, cum illa calido quidem in frigidum, et frigidum in calidum transiunt, ad mediocritatem uenerint, hic enim neutrum est, mediocritas autem multiplex est, et nequaquam indiuisibilis. Similiter humidum et siccam, et talia, carnem ossaque et cetera id genus mediocritate efficiunt.

**A**NT. Quoniam autem patiuntur contraria secundum in Primis determinatione. Est enim actu calidum potentia frigidum, & actu frigidum potentia calidum. quapropter si non cœquatur, transmutantur inuicem. similiter autem & in alijs contrarijs. Et primo ita elementa transmutantur, ex his autem carnes & ossa & quæ talia, calido quidem generato frigidum, frigidum autem calido, quando ad medium veniunt. hic enim neutrum, medium autem multa & non indiuisibile. Similiter autem & siccam & humidum, & alia talia, secundum mediocritatem faciunt carnem, & os, & alia.

**B** Contrahit modum qui dicitur est vniuersaliter ad positum dicens quod, quia omnia contraria patiuntur adinuicem, sicut dictum est prius in capitulo de actione: quia quod est actu calidum est potentia frigidum, & e converso: si ipsa elementa non adæquatur potentijs suis, sed vni omnino alteri prædominatur, tunc transmutantur adinuicem, & non sit mistio, sed corruptio debilitatis, & generatio siue augmentum prædominantis. Et quod dictum est de calido & frigidum intelligendum est similiter in alijs contrarijs, scilicet sicco & humido. Sed elementa prius se inuicem transmutantur in generatione, adæquatur vero potentijs eorum sicut quandam proportionem generatur quoddam medium, sicut carnes, & ossa, & humifodit talia. Calido autem sicut aliquid infrigidato, & frigidum sicut aliquid calefacto, quia in mistio materia vniuersaliter contrarij partem capit alterius, quando veniunt ad medium, medium enim est contrarij: medium autem illud non est vnius proportionis tantum, sed quod semper sit æqualem contrariorum participationem: neque est indiuisibile, non est vno modo tantum, sed diuersis modis secundum diuersitatem proportionis contrariorum, & sic est medium inter calidum & frigidum sicut multiplici proportionem ipsorum, ita citram intelligendum inter humidum & siccam: quæ sicut mediocritas diuersitatem, quadam aliqua proportione convenientia faciunt carnem, & in alia proportione faciunt os, & in alia faciunt alia, quorum complexiones variantur, sicut est homo, cuius complexio maxime vicina est temperamento: & leo, qui est calidæ complexions: & asinus, qui est frigidæ complexions. Deinde cum dicit.

**D** Omnia autem mista corpora, quæ circa locum qui medio vniuersi tribuitur, collocata sunt, ex simplicibus constant omnibus. Nam terra quidem ideo cunctis inest, quod innumquodque maxime et vni plurimum in proprio terra loco existit. Aqua vero, quod composita siniri oportet, et illa est simplicibus sola, belle terminari quæat. Preterea quod terra sine humiditate consistere non possit, sed humiditas id sit quod continendi vim ac coercens di habeat. nam si humiditas a terra prorsus eximatur, ea desinet profecto, terra igitur et aqua, has ob causas insunt.

**A**NT. Omnia enim mista corpora quæcunque circa locum medium sunt, ex omnibus composita sunt simplicibus. Terra quidem inest omnibus, quia vnumquodque est maxime & multum in proprio loco. Aqua autem, quia oportet terminari quodcunque compositum, sola autem est simplicium bene terminabile aqua. Amphiterra autem & terra sine humido non potest compositari, sed hoc est quod continet, si enim auferatur

ANT.

Libro primo  
t. c. 50. 2. etHois cōplo  
maxime vi  
cina tempe  
ramento.

VATA B.

ANT.  
T. c. 49.

tur